

Ludewicus de Wangeheim. Gothefridus de Bömeneburch. Thidericus de Widense et Cünradus filius eius. Basilius villicus. Rudolfus pincerna. Hermannus dapifer. Albertus de Sebech. Hugo de Sumeringen. Albertus Rufus de Heilingen. Thidericus camerarius. Hugo de Wilrode. Thidericus de Hagin. Swikerus et Conradus frater eius. Rudolfus
 5 advocatus de Amera. Offo de Hvrsmar. Rudolfus de Beindeleiben. Henricus scolaris. Henricus de Cornre. Hermannus de Asla. Hugo de Alminhusen. Acta sunt autem hec anno ab incarnatione domini M. cĉ. xĉv., indictione XIII., epacta VIII., concurrente II.
 (S.)

344.

10 *Landgraf Ludwig IV. resignirt dem Bischof Engelhard zu Naumburg die Vogtei über das St. Georgen-
 kloster, um dieselbe dem Abte Johannes zuzueignen.* 1225 [Jan.—Sept.].

*Hilschr.: Or. Perg. Ernest. Gesamt-Archiv Weimar. Reg. OO. S. 665 No. 12 (Phot. II. St. A.). Vom S. des
 Bischofs, an grünen Seidenfäden, nur ein kleines Bruchstück erhalten, das S. des Landgrafen, an weißen Seiden-
 fäden, ist verloren. Das gut erhaltene S. des Schenken Rudolf, an rothen Seidenfäden, zeigt drei von der linken
 15 nach der rechten Seite herablaufende Bänder, ungewöhnlich reich verziert. Umschrift: SIGILLVM . PINCERNE .
 LANTGRAVII.*

Geogr.: Lepsius, Gesch. der Bischöfe des Hochst. Naumburg 273 (unvollständig).

In nomine sancte et individue trinitatis. Quoniam, ut ait scriptura, prona est
 omnis etas ad malum, | sicut sensualitate vergit caro in culpam, sic spiritus vigore homo
 20 niti debet ad veniam et eternorum intuitu seminare in terris, que domino | reddente mul-
 tiplicato fructu colligere valeat in celis. Sane cum apud principum mentes hanc sibi
 nobilitas legem ponat, ut, quod sacrosanctis | ultro prestat, ecclesiis debere se estimet et, nisi
 donationem suam scriptis [et]^a) sigillis in perpetuum valituris corroboret, tamquam beneficio
 diminuto nil se prestitisse putet. Hinc est, quod ego Ludewicus dei gratia lantgravius,
 25 Saxonie comes palatinus coadunata Heinrici [et]^a) Cunradi fratrum meorum manu ad
 instantiam et petitionem fidelis nostri Rudolphi pincerne de Saleke advocatiam sancti
 Georgii martiris in Nuenburch, quam ipse in manibus nostris libere resignavit, domino
 nostro Engelhardo episcopo Nuenburgensi ob eternorum intuitu tali pacto conditioneque
 resignavi, ut prefatus episcopus eandem advocatiam cum omnibus suis fructibus,
 30 coercionibus et iuribus^b) domino Iohanni abbati beati Georgii martiris in Nuenburch et
 per eum omnibus suis successoribus canonicis intransibilibus in perpetuum illius ecclesie
 conferret beneficium, ita ut ipse abbas in pleno suo capitulo corporale prestat iuramentum,
 se illam advocatiam numquam infeodare aut alio titulo alienare, ad quod omnes sui
 successores ante suam benedictionem in perpetuum teneantur. Ut autem per inductionem
 35 singularium liquidius appareat, quibus pincerna in manibus nostris et nos in manibus
 domini episcopi resignavimus, que episcopus ecclesie beati Georgii in perpetuum elemo-
 sinam tradidit, ea per singula transcurramus: libertatem curie beati Georgii martiris in
 Nuenburch cum curtis et arcis in civitate et circa curiam sitis, duobus molendinis in